Cantharides.
Flammula Iouis.
Oleum, vel aqua feruens.
Thapsia.
Rhanunculi min. rad.

IN vesicatorijs ex cantharibus compositione id est obseruandum.

Primò, vt earum malitia sem. ammeos corrigatur.

Secundò, vt in mollioribus corporibus misceantur pane, vel cerato sacro, &c. in durioribus fermento acri, & caricis, aceto que scyllit. Corporibus mediocribus sufficit dr. 1. pro singulis vesicatorijs, mollioribus minus, durioribus plus, ad drachm. 1. ss. circiter.

Materia remedii respicientis causam per accidens.

HActenus de materijs præsidiorum quæ causæ morbificæ per se aduersantur, nunc de illis quæ respiciunt materiam per accidens, seu symptom. vt induunt rationem causæ vel deijcientis vires, vel facientis, vel fouentis morbum, quod quatruplex omnino est. Vigilia, Animi deliquium, Immoderata euacuatio, Dolor. Quibus opponuntur Somniferum, Spiritus reficientia, Fluxus sistentia, Anodynum.

In-